

www.e-rara.ch

**Silva locorum, qui frequenter in concionibus occurrere solent, omnibus
divini verbi concionatoribus, cum primis utilis & necessaria**

Luis

Venundatur Parisiis, 1586

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRa 166

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26764>

Dei sapientia.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

habet exploratum fore, se semper tum in maximis, tum in æternis voluptatibus. Hæc Epicurus apud Cicer. libr. i. de natur. Deorum.

In mûdo Deus est aliquis, qui regit, qui gubernat: qui cursum astrorum, qui mutationes temporum, rerum vicissitudines, ordinesque conservat, terras, & maria contemplant, hominum comoda, vitæque tuetur. Ibid.

Quis est tam vecors, qui cum suspexerit in cælum, Deos esse non sentiat, & ea, quæ tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte vlla ordinem rerum, atque vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet? Idem de Rep. auruſp.

Firmissimum hoc adferri videtur, Cur Deos esse credamus: quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio. Idem. i. Tuscul.

Deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi nō potest, nisi mens soluta quadam, & libera, & segregata ab omni cōcreione mortalit: omnia sentiens, & mouens, ipsaq; prædita notu sempiterno. Ibid.

Homini timidè de potestate Deorum & pauca dicenda sunt. Idem. Pro lege Manil.

Ut hominum membra nulla cōtentione. mētē ipsa, atque voluntate mouentur: sic numine Deorum omnia figurantur, mouentur, atque mutantur. Idem. 3. de Nat. Deor.

Illud modo video, ut Deum noris, & si ignores, locum, & faciem: sic animum tibi tuum notum esse oportet, & si ignores, & locum, & formam. Idem. i. Tuscul.

Dei sapientia.

CVM à Deo non credimus nos videri, in Sole clausos oculos retinemus, illum à nobis abscondimus, non nos illi. *Gregori.*
gor. 25. Mor. cap. 1.

Sic gressus meos, semitasque cōsideras, & die, noctuque super custodiam meam vigilas, omnes semitas meas diligenter notans: speculator perpetuus, veluti si totius creaturæ tuæ, cœli, & terre obliuis, tantum me solum cōsideres, & nihil sit tibi curæ de aliis. Nec enim tibi crescit lux incommutabilis visionis tuæ, si rātum vnū aspicias, neq; minuitur, si innumera videas, & diuersa. *Quia*
Aagust.

sicut vno totum simul perfectè consideras, sic singula, quælibet, licet diuersa, perfectè simul, totaq; totus cõspicit visus tuus. Si igitur super custodiam meam stas, sicut si omnium oblitus sis, & mihi soli intendere velis. Sæper quippè te præsentè exhibes, semper te paratum offers, si me paratū inuenis. Quocunque iero, tu me Domine nō deseris, nisi prior ego te deseram. Aug. in Medi.

- COLLE- GIOR.** ¶ Infernus, & perditio corā Dño: quā: o magis corda filiorū hominū? Itē, Oēs viæ hominū parēt oculis eius, spiritūū pōderator est Dñs. Huc pertinet & illud, Nō dicas, à Deo abscondar, & ex
Prou. 15. summo quis mei memorabitur: in populo magno non agnoscat,
Ecc. 16. quæ est enim anima mea in tam immēsa creatura? Ecce cœlū, & cœli cœlorū, abyssus, & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in cõspectu illius cõmoueantur. Et in omnibus his insensatū est cor, & omne cor intelligitur ab illo, & vias illius, quis intelliget?
Ecc. 17. Viæ illorū corā illo sunt semper, & non sunt absconditæ ab oculis illius. Et omnia opera illorū velut Sol in cõspectu Dei: & oculi eius sine intermissione inspicientes in omnib. viis illorū: & omnes iniquitates eorum in cõspectu Dei. Simile est illud. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrum. i. i. v. t.
Ecc. 41. Cognouit Dñs omnem scientiā, & respexit in sinum aui. Nō præterit illū omnis cogitatus, & non abscondit se ab illo ullus sermo. Ecc. 41 Quod verò appellat sinum aui, significat totā eternitatē, velut exigūū quendam sinum esse in oculis Dei: imo verò non finem modo, sed indiuisibile punctū: in quo nil antè, aut
Ecc. 23. postèrius, sed omnia præsentia sunt. Item, Oculi Domini multo plus lucidiores sunt sole, circumspectientes in omnibus vijs hominum, & profundum abyssi, & corda hominum intrantes vsque ad absconditas partes, v. de locum insignem Ecc. 23.

Sapientiam Dei omnia peruidētem, & in intimos animæ recessus penetrantem, prædicat Propheta Psal. 138. cū ait, Intellexisti cogitationes meas de longè, semitam meam, & funiculum, siue accubationem inuestigasti: Et omnes vias meas præuidisti: quia non est sermo in lingua mea videlicet quē tu non videas, ante etiam, quā ego illum enuntiem) &c. quæ sequuntur. Hæc omnia timorem Domini, & peccati odium nobis incutiūt, cū in conspectu Domini omnia videntis, delinquamus.

Dei

DEI BONITAS, ET MISERICORDIA. 7

Dei bonitas, & misericordia.

Quid est dicere seruo, dimitte me, vt irascatur, nisi deprecandi Gregor.
ausum præbere? ac si dicat, Pensa quãtũ apud me valeas, & Exod. 32:
cognosce, q̃ obtinere poteris, qđ exoras. Greg. in mōr. lib. 9. c. 11.

Sancti, qui irā Dei obuiant, ab ipso accipiunt, vt contra eum Ti. 5.
opponantur, & contra ipsum se cū illo erigunt, eosque diuina
vis sibi secum opponit. Fouet enim eos intus gratia irascētis, vt
aduersus iram sequentis exterius, obtrineant. Greg. vbi sup. c. 12.

Ineffabili desiderio tenor, cū audio Bonus Dominus: cōfi- August.
deratisque & collustratis que forinsecus video (quoniam ab ipso
sunt omnia) etiam cū mihi hæc placent, ad illum redeo, à quo
sum, vt intelligam, quoniam bonus est Dominus. Aug. sup. Psal.

Ipse quippe Dñs noster Iesus Christ⁹ dixit. Nemo bonus nisi Marc. 18.
solus Deus. Nonne stimulauit nos ad inquirendum, & ad distin-
guendum quid sit bonũ ab alio bono bonum, & bonũ in seipso
bonũ: Quam ergo bonum est, à quo sunt omnia bona? omnino
nullũ inuenies bonum, quod nō ab illo sit bonum. Aug. vbi sup.

Aug. super illud Psal. 58. Deus meus, misericordia mea, sic ait,
Nō inuenit impletus bonis Dei, qđ appellaret Deũ suũ, nisi mise-
ricordiã suã. O nomē, sub quo nemini desperandũ est. Deus meus
inquit misericordia mea. Quid est misericordia mea? Si dicas, sa-
lus mea intelligo, quia dat salutē: si dicas refugium meũ, intelligo,
quia cōfugis ad Deũ: si dicas fortitudo mea, intelligo, qđ dat mi-
hi fortitudinē. Misericordia mea quid est? Totũ quicquid sũ de
misericordia tua est. Sed promerui te, inuocādo te. Vt essē, quid
feci? Vt essem, qui te inuocārē, quid egi? Si em̃ egi aliqd vt essē,
iã erā antē, quā essem. Porro si oĩno nihil erā, an ē quā essem ni-
hil p̃merui vt essem. Fecisti vt essē, & nō tu fecisti, vt bon⁹ essē?
Dedisti mihi vt sim, & poruit ali⁹ mihi dare, vt bon⁹ sim? Si tu mi-
hi dedisti, vt sim, & ali⁹ mihi dedit, vt bon⁹ sim, melior est ille, qđ
mihi dedit, vt bon⁹ sim, q̃ ille, qui mihi dedit, vt sim. Aug. Psal. 58.

Ite, proforte stolam primā Nō dixit, vnde venis? vbi fuisti? vbi Pet. 2.
sunt, quæ tulisti? quare tantam gloriam in turpitudinem cōmuta-
sti? Sed proferre stolam primam, & induite illum. Videtis quia
delicta non videt vis amoris, tardam misericordiam Pater ne-
scit, delicta qui discutit, prodit. In ser. de fil. prodi.